

- cat, nec aliqua potest caligine comprehendi. Homil. 4, de Pascha.
- FRANCISCUS VITELLE. 43. Lux corporalis et solaris, imago quaedam est et symbolum lucis spiritualis et divine. Prose.
44. Lux ista est pretiosus quidam thesaurus, et singularis quoddam peculium maximi pretii, quo Deus suos donat, exornat, nobilitateque dilectos.
45. Per ejus lucis infusionem homines divine participes nature efficiunt; nunc quidem in luce imperfecta fidei et spiritalis gratie, post vero in luce perfecta clarum visionis et beate glorie. In *Eluca.*, super cap. xxxvi, *Job*.
- GLOSS. ORD. 46. Qui lucem justitie non querit, de tenebris non accedit. Super *Job*, cap. xv, in illud: *Non recedit de tenebris*.
47. Homo vicinior luci, sentit quid ante fuit: et quo est dignior, sibi videtur indignior, et longe esse quo propior. *Ibid.*, cap. xxxix.
48. Sicut matutina lux solvit tenebras, ita lumen veritatis fugat errores. Super *Isaiam*, cap. 58, in illud: *Quasi mane lumen tuum*.
49. Non novit lux tenebras, id est, non aspicit: quia si aspiceret, tenebras non essent. Super *Matth.*, cap. vi, in illud: *Nunquam novi vos*.
50. Qui vult habere societatem cum luce, pellat tenebras: quia tenebræ eum luce societatem habere non possunt. Super *I Joann.*, cap. 1.
- GLOSS. INT. 51. Magnum est malum a luce veritatis deserere. Super *Psal.*, ix.
52. Eadem causa dicitur lux, qua Christus dicitur est lux, ut simus exemplo ejus illuminantes alios. Super *I Joannis*, cap. 4.
- S. GREGORIUS MAGNUS. 53. Mors carnis electos luci suæ restituit, lucem suam reprobus tollit. Lib. 29, *Moral.*, cap. 6.
54. Lux superbientis est gloria vitæ presentis. *Ibid.*
55. Lux visibilis si incaute diligitur, a luce invisibili cor cæcatur. *Ibid.*, lib. 22, cap. 2, num. 3.
56. Illi in sancta Ecclesia lucrare per exempla alius possunt, qui eruditione Scripturarum, et claritate acceperunt luminis, et oleum perfectæ charitatis. Lib. 5, in *Regum*, cap. iv, super illud *II Petr.* 1: *Habetis prophetiarum sermonem*.
57. Ut intima luce fruamur, non est nostri conamini, sed divine dignationis. *Ibid.*, lib. 4, cap. 4, *Moral.*, super illud: *Et ascendebat vir ille*.
58. Lucis cognitio per speculum, electorum desideria satiare non novit, sed excitare. *Ibid.*,
- lib. 4, cap. 5, super illud *Erod.* xxxiii: *Loquebatur Moysi Dominus facie ad faciem*.
59. Divine lucis ostensio reprobus et fictus fugit, quæ se electis et mundis corde aperit. *Ibid.*, lib. 2, cap. 4, super illud *Matth.* 5: *Boni mundo corde*.
60. Lux æterna, quæ Deus est, quando immutabiliter fulget, tanto penetrabiliter videt: neque occulta nescit, quia cuncta penetrat: neque penetrata obliviscitur, quia incommutabilis durat. Lib. 25, *Moral.*, cap. 4.
61. Lux nostra, patria æterna est. *Ibid.*, lib. 16, cap. 25, num. 29.
62. Necessè est, ut si vere intendimus illuminata cernere, studeamus mentis oculos ad ipsum illuminans lumen aperire. *Ibid.*, lib. 23, cap. 1.
63. Lucem debet conspiciere, qui vult de tenebris judicare: ut in illa videat, quid de tenebris aestimet, per quas videre præpeditur. *Ibid.*, lib. 24, cap. 6, num. 9.
64. Lux miseria datur, cum tolerare honoris onera compelluntur. *Ibid.*, lib. 5, cap. 2, super illud *Job* 3: *Data est misero lux*.
65. Æterna lucis quanta sit claritas nesciunt, qui transitoris occupationibus obsecantur: et dum de terrenis rebus superbiunt, celestis sibi luminis aditum claudunt. *Ibid.*, lib. 57, cap. 7, num. 10.
- S. GREGORIUS NAZ. 66. Deus lux est, ac lux quidem summa, cuius tenuis quidem defluxus ac irradiatio, omne lumen exuperat infernum, etiam splendissimum appareat. Orat. 20, de *Modestia*.
- S. HIERON. 67. Clarus fit lumen, comparatione tenebrarum. Epist. 46, ad *Rustic.*
- HUGO CARD. 68. Si vis videre lucem æternam; primo stride ut sis in luce per cordis munditiam. Super *Gen.*, cap. 4.
69. Despecta luce hujus mundi (quæ est lux mortientium) ad æternam lucem recurrant homines; ibique vivant, ubi rerum lumen videant, ubi idem est lux et vita. Super *Job*, cap. 33.
70. Duplex lux est necessaria, maxime prelati: lux scientiæ, lux gratiæ. Super *Psal.* cxvii.
71. Lux justorum, est presens tribulatio, aliqua tentatio: quia illa illuminante, videtur quomodo sit ambulandum: hæc est enim collyrium, quo immolet oculi clarius vident. Super *Prov.*, cap. 13.
- S. JOANNES CHRYSOST. 72. Nemo captus luminibus, lucis jucunditatem cognoscere potest. Homil. 84, super *Matth.* Oper. perf.
73. Furi lux inimica est. Homil. 28, super *II Cor.*
74. Non lux illa bona est, quæ non fugat tenebras, sed densat. Homil. 43, super *I Cor.*

75. Lux arguit ea, quæ in tenebris fiunt. Sermon. 48, super *Epist.* ad *Ephes.* in illud: *Omnia quæ arguuntur, a luce, etc.*
- S. JOAN. DAMASC. S. IRENEUS. 76. Lux nunquam caligo erit, quando lux fuerit. Lib. 1, *Parall.*, cap. 19.
77. Sequi lumen, participare est lumen: qui in lumine sunt, non ipsi lumen illuminant, sed illuminantur et illustrantur ab eo. Lib. 4, *advers. Hæres.*, cap. 28.
78. Illi qui fugiunt lumen, dignum fugæ suæ habent locum. *Ibid.*, cap. 76.
- LACT. FIRM. 79. Multi lucem relinquunt, ut in tenebris cæci ac debiles jaceant. Lib. 1 de *Divin. instit.*, cap. 1.
80. Sicut lux esse sine igne non potest, sic vita sine luce. *Ibid.*, lib. 7, cap. 9.
81. Lumen mentis humane Deus est. De *Ira Dei*, cap. 1.
- S. LAURENTIUS JUSTIN. 82. Lucem debet intendi, qui vult de tenebris judicare. De *Ligno vitæ*, tract. 12, de *Humilit.*, cap. 4.
- S. LEO I. 83. Lux separatur a tenebris: et fugiunt filios diaboli, filii veritatis. Sermon. 4, *Quadrages.*
84. Major est lux humilibus, quam superbis. Sermon. 8, de *Jejun. septimi mensis*.
- PETRUS EISENS. 85. His, qui de tenebris progrediuntur ad lumen, lux imprimis molesta est, donec oculi luminis assuescant. Epist. 137, ad *Alexand.* de *S. Albano*.
- S. GREGORIUS NAZ. 86. Lucem tenebræ fugiunt, tenebræ luce redeunt abscedente. Sermon. 44.
- PEILO JUD. 87. Brevis lux melior est, quam æterna tenebræ. Lib. *Qui rerum divinarum hæres sit*.
- REGI. A. S. VICTOR. 88. Cum Dominus sit lux vera, more solis eo ipso quo respicit, illustrat, accendit et illuminat. Part. 1, lib. 1, de *Erudit. hom. inter.*, cap. 35.
- S. THOMAS AQUINAS. 89. Lux major offuscatur lucem minorem alterius corporis illuminantis: non tamen evacuat, sed perficit lucem corporis illuminati. Part. 3, quæst. 5, art. 4.
90. Lux in corporibus præmium tenet locum. Part. 4, quæst. 67, art. 2.
- SENTENTIÆ PAGANORUM.
- BISTOTEL. 91. Lucis absentia omnia obfusari, opacarique solent. Sect. 15, *Problem.*, quæst. 14.
- Vide etiam. tit. *Damnatio*, sent. 34; *Differentia*, sent. 36; *Fervor*, sent. 7; *Liberum arbit.*, sent. 122; *Monachus*, sent. 118; *Pauli conicia*, sent. 2; *Querere*, sent. 156; *Sapientia*, sent. 81; *Visio Dei*, sent. 72.
- LUXURIA.
- Etymologia. Luxuria dicitur a luxu cibi et potus et vestitus, quorum affluentia caro viva et pe-
- netrans luxuriatur. Sermon. Dom. 8, post *Epiphon.*
- Definitio. Luxuria est inordinatus appetitus venereorum. Part. 2, tit. 5, de *Luxuria*, cap. 1.
- Luxuria est inordinata carnis petulantia, dulce venenum, importuna lues, pernicioosa potio, quæ corpus humanum debilitat, et virilis animi robur emervat. Part. 2, tit. 5, de *Luxuria*, cap. 1, § 2.
- Luxuria est abutendi intemperantia. Lib. 3, de *Doctr. christ.*, cap. 18.
- Luxuria est libidinoso voluptatis appetitus. Part. 1, *Centiloq.*, sect. 24.
- Luxuria est ex immundis descendens desiderii lubrica et effrenata mentis corporis prostitutio. De *Fruct. carnis et spirit.*, cap. 19, *Joan. Gerson.*, part. 4, in *Descript. term.* verbo *Luxuria*.
- Luxuria est vitium capitale, cujus propria materia est delectatio venerea, et secundaria cuiuslibet rei sensibus jucunda abundantia, 2, 2, quæst. 153, in *Axiomatic.*
- Productio. Luxuria mater libidinis est. Lib. 10, epist. 82, ad *Vercellens. Ecclesiam*.
- Decem sunt occasiones luxurie, his versibus contentæ.
- Otia segnitæ, somnus, caro, femina, vinum, prosperitas, ludus, carmina, forma, puer. Part. 2, tit. 5, de *Luxuria*, cap. 1, § 2.
- Luxus in corporibus est radix veluti quedam, et s. CYRILLUS PARENS rabida etque efferrata voluptatis. Homil. 22, de *Festis Paschal.* ALEX.
- De luxuria nascuntur cæcitas cordis, instabilitas voluntatis impetuositas, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus presentis sæculi, error, et desperatio futuri. In speculo *Ecclesie*, cap. 8.
- De luxuria cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus presentis sæculi, horror autem, vel desperatio futuri, oriuntur. Lib. 34, *Moral.*, cap. 47, super illud *Job* xxxix: *Exhortationem ducum, etc.*
- Luxuria mater libidinis est, ventremque distentum cibo et vini potationibus irrigatum, voluptas genitalium sequitur. Epist. 25, ad *Ammonium*.
- Luxuriæ comites sunt, voluptas, lascivia, ignavia, petulantia, titubatio, blanditia, delicia. De *fruct. carnis et spirit.*, cap. 10.
- Ex rerum prosperitate luxuria, ex luxuria vero vitia omnia nascuntur. De *Div. instit.*, lib. 2, de *Origine erroris*, cap. 1.
- S. ANTONIUS DE PADUA. S. ANTONIUS. S. AUGUST. S. BONAV. HUGO A. S. VICTOR. & JOAN. GERS. S. THOMAS AQUINAS. S. AMBROS. S. ANTONIUS. S. CYRILLUS PARENS. S. EDMUND. S. HIERON. S. HIERON. S. HUGO A. S. VICTOR. LACT. FIRM.

- S. ISIDORUS HISPAL. *Comparatio.* Sicut clavus clavum expellit, ita sepe recordatio ardoris gehennae, ardorem excludit luxuriae. Libro 2, de *Summo bono*, cap. 39. sent. 23.
- S. NILUS. Quemadmodum furor ignis in stipula saviens, coerceri non potest: ita luxuriae vis in corpore cibus distento percurrens retinere nequit. Orat. 2, de *Luxuria*.
- SENTENTIAE PATRUM.
- S. AMBROSII. 1. Egritudo carnis peccatum repellit, luxuria autem carnis culpam adolet. 1, de *Penit.*, cap. 13.
2. Nemo se luxui committit, nisi qui recedit a praeceptis Dei veri: ubi autem cooperit quis luxuriam, incipit deviare a fide vera. Lib. 6, epist. 36, ad *Subinum episc.*
3. Quo copiosior fuerit luxuries, eo perniciosior interperantia est. Lib. 6, *Hexam.*, cap. 2.
4. Luxurioso carere deliciis, poena est. Lib. 8, super *Luc.* cap. 16, in fine.
- S. ANTONIN. 5. Nulla virtus vera potest esse simul cum luxuria, simul omnes corrumpunt. Part. 2, tit. 5, cap. 1, § 41, post med. fol. 189. col. 1.
6. Amara est mors corporalis, quia separat animam a corpore: sed amarior est luxuria, quia separat animam a Deo, et caelesti curia. Part. 2, tit. 5, cap. 5, § 3.
- S. ANTONIUS DE PADUA. 7. Sicut clavus clavum eicit, sic timor gehennae delectationem luxuriae. Serm. *Dom.* 2, *Quadrages.*
8. Luxurioso deliciis carere, maxima poena est. Serm. *Dom.* 2, post *Trinit.*
- S. AUGUST. 9. Luxuria satietatem atque abundantiam se cupit vocari. Lib. 2, *Confess.* cap. 6.
10. Quomodo coluber non apertis passibus, sed squamarum minutissimis nisibus reptit: sic lubricus deficiendi motus negligentes minutatim occupat, et incipiens a perverso appetitu similitudinis Dei pervenit ad similitudinem pecorum. Lib. 12, de *Trin.*, cap. 2.
11. Pauperem egestas revocare debet a cupiditate luxuriae. De *quast. Vet. et Novi Testam.*, quest. 121.
12. Non est luxuria vitium pulchrorum suavitumque corporum, sed anima perversa amantis corporeas voluptates, neglecta temperantia, qua rebus spiritaliter pulchrioribus, et incorruptibiliter suavioribus coaptatur. Lib. 12, de *Civ. Dei*, cap. 8.
13. Si iniquum est aviditate possidendi, transgredi limitem agrorum: quanto est iniquius libidine concubendi, subvertere limitem morum? *Ibid.*, lib. 15, cap. 16.
14. Libidinosae crudelitatis, vel libido crudelis

- est, ubi propter luxuriam sterilitatis venena procurrant. Libro 1, de *Nuptiis*, cap. 15.
15. O quam parva concupitus hora, qua perditur vita aeterna! quod ergo emolumentum affert corpori, quodve tribuit lucrum, quod tam cito ducit animam ad tartarum? De *conflictu vitiorum et virt.*, cap. 24.
16. Infelix commercium, pro tam brevi gaudio, caelesti privari regno, et ineffabilis miseria cum diabolo pati supplicia. De *Contemptu mundi*, cap. 7.
17. Luxuria ita deprimit hominem intra se, ut cum factus sit ad imaginem Dei, velut porcus in luto vivere querat. Serm. 42, ad *Fratr.* in *Eremito*.
18. Luxuria est pessima virtutum destructio, vitiorum augmentatio, delectationis combustio, charitatis diminutio, bursarum evacuatio. *Ibid.*, serm. 47.
19. Nulla virtus, nulla bonitas, nulla sapientia cum luxuria stare potest. *Ibid.*
20. Luxuria est sitis ebria, delectatio momentanea, amaritudo aeterna: in eam odit, tenebras appetit, velamen quaerit, sensus hebetat. Serm. 18, *Dom.* 2, *Quadr.* art. 2, cap. 2.
21. Luxuriae curus quadriga volvitur vitiorum, ingluvie videlicet ventris, libidine coitus, mollitie vestium, otii saporisque resolutione, trahitur equis duobus, prosperitate vite, et rerum abundantia: et quis his presidens duo, ignavia torpor, et infida speranza. Sermone 39, super *Cant.*
22. Largi sunt luxuriosi, ementes auro ventum de ore adulterorum. *Ibid.*
23. O nobilis creatura, quae in croceis es nutrita, quare stercora amplexaris? Serm. de *Septem grad. Confess.*
24. Luxuria carnem debilitat, fractamque celeriter ducit ad senectutem. Serm. 22, ad *Saravrem*.
25. Luxuria inimica est Deo, et paternae benedictionis atque substantiae perditio. *Ibid.*, serm. 23.
26. Per cibum et potum crescit luxuria. *Ibid.*, serm. 24.
27. Luxuria gravius urit quem otiosum invenit. *Ibid.*, serm. 51.
28. Libido cedit rebus, luxuria cedit operibus. *Ibid.*
29. Vitium luxuriae melius vincitur fagiendo, quam resistendo. Serm. 4, post *Pent.*
30. Absque comparatione major est homine luxuria hominum, quam brutorum. Serm. 1, de *uno Conf.*
31. Luxuria occidit hominem triplici morte:

- morte culpe, morte infamiae, morte gehennae. Tit. 1, *dieta*, cap. 9.
32. Substraha ligna foco, si vis extinguere flammam: Luxuriat raro, non bene pasta caro. *Ibid.*, tit. 2, cap. 6.
- C. SARTUS ABELAT. 33. Qui per luxuriam peccaverit in carne sua, diabolum habet in anima sua. Homil. 23.
- MONSIEUS CARTUS. 34. Vitanda sunt fomenta, occasiones, et cause luxuriae. Super *Epist.* 11, ad *Cor.*, cap. 6, art. 6.
- S. EUSEBIUS CESA. 35. Ensis diaboli est luxuria; heu! quot illa interficit romphaea? *Epist. ad Damas. Pap. de Morte D. Hieron.*
36. Sicut virginitas hominem aequat Angelis, ita luxuria hominem quasi bestificat, et multo pejus bestia cum efficit. *Ibid.*
37. Luxuria corpus debilitat, famam denigrat, marsupia evacuat, furta instruit, homicidia causat, memoriam hebetat, cor auferit, oculos utriusque hominis caecat, praeter ceteris iram Dei provocat. *Ibid.*
- S. BERNARDIN. SER. 38. Qui obscenis et fetidae carnis illecebris occupatur, luxurie turpis dominae jugo premitur. Homil. 11, de *Pascha*.
- S. FRANCISCUS TITELM. 39. Luxuriosi nimio potu, nimiaque venere semetipsos enecat, viribusque exhauriunt, sicque sibi mortem ante tempus accersunt, sui crudeles interfectores. In *Annot. super Psalm.* XIII.
- GLOSS. ORD. 40. Diabolus fortiter tenet quos capit per luxuriae vitium. Super *Job*, cap. xxxix.
- GLOSS. INT. 41. Luxuria consumit omnia bona naturae. Super *Luc.* cap. xv.
- S. GREGOR. MAGNUS. 42. Perpetrata luxuria, sepe aut perjurio, aut homicidio legitur, ne humanarum legum ultione puniatur. Lib. 25 *Moral.*, cap. 9.
43. Tanto pejus intus ante Dei oculos luxuriosus existit, quanto magis ante oculos hominum castus apparet. *Ibid.*, lib. 28, cap. 4.
44. Quaelibet alia fuerint bona opera, si luxuria, scelus non abluunt, immensitate hujus criminis obruantur. *Ibid.* lib. 24, cap. 9.
45. Nullis superbia luxuriae seminarium fuit, quia dum eos spiritus quasi in altum erexit, caro in infimis mergit. *Ibid.* lib. 26, cap. 13, num. 12.
46. Omnis luxuria in carne perfecte domanda est, et a mente radicibus extirpanda. Lib. 6, in *I. Reg.*, cap. 1, super illud: *Non concupiscas ipsius aliquid*.
47. Delectatio luxuriae ad instar gladii, dum mentem percudit, virtutis cogitationes, aut operis bonum vivere nequaquam sinit. *Ibid.*, cap. 2, super illud: *Sive liberis fecit mulieres gladius*.
48. Jumenta in stercore suo putrescere, est homines in fetore luxuriae vitam finire. Homil.
49. super *Evang.* super illud *Joel.* 1: *Jumenta in stercore, etc.*
49. Necesso est ut luxuria ubi semel radices egerit, et coalescit reliquam secum nequitiae materiam trahat. Orat. 1, de *Pauperibus amandis*.
50. Crudelis domina ac rabiosa est luxuria, libidine quasi stimulis servilem mentem exagitans. De *Vita Moysi*.
51. Qui luxuriatur, vivens mortuus est. *Epist.* 41, ad *Ocean*.
52. Luxuria est inimica Deo, inimica virtutibus. *Epist.* 24, ad *Damas. Pap.*
53. Luxuria est cibus damnorum. *Ibid.*
54. O quam acerbus fructus luxuriae, amarior felle, crudelior gladio! *Super* *Susanna lapsam, in Consolatione*.
55. Luxurioso verbum castitatis offensio est. *Epist.* 37, ad *Pammach.* et *Ocean*.
56. Daemonum cultum sequitur luxuria. Lib. 2, super *Osem*, cap. vii, super illud: *Vae eis quoniam recesserunt a me*.
57. Qui semel se luxurie permisit, non respicit Creatorem: gula, ventre, et his quae infra ventrem sunt delectatur. Libro 3, super *Epist.* ad *Galat.* cap. v, in illud: *Manifesta sunt*.
58. Nihil mentem citius enervat, quam cum aliquis ad luxuriam affectum cordis inclinatur. Lib. 3, de *Cloustrorum animae*, cap. 5.
59. Nisi o djaecentem substrahas igni stipulam, non cessat ignis: sic luxuria, quando carnalibus desideriis pascit, non extinguatur. Libro 1, de *Nuptiis carnal.*, cap. 2.
60. Luxuria gratuita tollit, animam inficit, corpori morbum paralysis ingerit, et cecitatem oculis, corpus inquinat, famam defforat, pecuniam tollit, inimica est proximo, foetet Deo, placet diabolo, odibilis est Angelis, ejus ignis descendit in infernum, fumus ejus vindictam petens, ascendit in caelum. Libro 4, de *Propriet. rerum*, cap. 10.
61. Tribus modis luxuria nocet: cutis nitore, vestis decore, exquisito ciborum sapore. Lib. 4, *Miscellan.*, codic. 2, tit. 65.
62. Luxuria inter septem mortalia, extremum locum tenet, propter fetorem et immunditiam. Super *Gen.* cap. vi.
63. Luxuria habet ingluviem ventris, mollitiam vestis, voluptatem carnis. Super *Exod.*, cap. 15.
64. Duobus modis perpetratur luxuria, opere et cogitatione. Super *Job*, cap. xxxi.
65. Alia est luxuria carnis, alia luxuria cordis: illa de corruptione carnis oritur, ista de castitate et ceteris virtutibus nascitur. *Ibid.*, cap. xxxviii.
66. Luxuriosi pleni sunt luto, sed vacui castitate. Super *Ecclesiasticum*, cap. xxxv.

S. GREGOR. NYSS.

S. HIERON.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

67. Peccatum luxurie est quasi gluten. Super I Cor. vi.
68. Luxuria sus immunda est. Super *Epist. ad Galat.* cap. ii.
- S. INNOC. III. 69. Familiaris est inimicus luxuria, habitans non procul, sed prope: non exterius, sed interius. *Prose.*
70. Nunquam fugatur, nisi cum fugitur: nunquam maceratur, nisi cum maceratur.
71. Ad causam exigit libertatem et abundantiam, sed requirit ad affectum facultatem, et adjacenciam.
72. Hæc omnem ætatem corrumpit, omnem sexum confundit, omnem ordinem solvit, omnem gradum pervertit.
73. Invadit senes et juvenes, mares et fœminas, prudentis et simplices, superiores et inferiores. Lib. 1, de *Contemptu mundi*, cap. 22.
- JOAN. CASS. 74. Majus miraculum est, de propria carne fomitem luxurie eradicare, quam expellere immundos spiritus de corporibus alienis. *Collat.* 15. *Abbat. Nesterotis*, cap. 8.
- S. JOANNES CHRYSOST. 75. Luxuria corruptus et petulans, qui ad omnem corporis formam oculos figit, a demoniaeo non differt. *Homil.* 29, super *Matth. Oper. perf.*
76. Nihil ita rescindit et suffodit, atque corrumpit, sicut luxuria. *Ibid.*
77. Talis res luxuria est, ut non petulantes solum, verum etiam homicidas faciat. *Ibid.*, *homil.* 49.
78. Divitiæ, delicia, gloria, amor corporum luxuriari faciunt corpus, vitiant autem animam. *Homil.* 18, super *Epist. ad Hebr.*
- JOAN. TRITH. 79. Luxuria nunquam melius vincitur, quam si per fugam declinetur. *De Inst. vitæ sacerdot.*, cap. 2.
- S. ISID. HISP. 80. Luxuriosus atque superbis demones plus fautores existunt: dumque in cæteris vitis spiritus maligni deseruiunt, his tamen majori familiaritate joguntur, eisque amplius famulantur. *Prose.*
81. Per hæc duo vitia diabolus humanum possidet genus, vel dum mentem in superbiam erigit, vel dum per luxuriam carnem corrumpit. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 39, sent. 4.
82. Luxuriosa vita carnem cito debilitat, fractamque celeriter ducit ad senectutem. *Ibid.*, cap. 49, sent. 5.
- PETRUS BLESENS. 83. Luxuria nunquam facilius vincitur, quam declinando: nunquam perfectius expugnatur, quam ab ejus congressu se cohibendo. *Serm.* 45.
84. Luxuria quandoque ad modicum temperatur, sed postmodum eo fortius reveritur, quo debilius ei resistitur. *Ibid.*

85. Ubi regnat luxuria, ibi miserabiliter ancillatur affligitur anima. Lib. 4, *Epist.* 10.
86. Cum luxuria, multis sumptuum indigere non ambigatur expensis, nisi ex multiplicibus exuberent commodis, fluere nequeunt in oblectationibus voluptatis. Lib. 1, *epist.* 15, ad *Alexand. Pap.*
87. Si luxurie flamma in ossibus aestuat, protinus illam memoria perpetui ignis extinguat. *Opusc.* 7, cap. 23.
88. Luxuriam facit et nutrit vini perceptio nimia, non natura. Lib. 2, de *Vita contempl.* cap. 22.
89. Ubi est vita porcina, ibi non manet Christus, sed diabolus. Super *Matth.*, cap. 8.
90. Luxuriosorum cor est turpibus concupiscentiis plenum, de facillii ad turpia verba prorumpens. 2, 2. *quest.* 153, art. 5.
- SENTENTIA PAGANORUM.
91. Quam turpe est diffuere luxuria, et delicate ac molliter vivere, quamque honestum parce, continenter, severe, sobrie. Lib. 1 *Offic.*
92. Luxuria cum homini sit turpissima, tum sepectuti est foedissima. *Ibid.*
93. memento nihil magis esse vitandum, quam luxurie et sordium societatem. Libro 2, *epist.* 6, ad *Avitum*.
94. Nihil est tam mortiferum ingenjis, quam luxuria. Libro 1. *Controvers.*
95. Desunt luxurie, multa, avaritiæ, omnia. Libro 3. *Controvers.*
96. Nulla res magis iracundiam alit, quam luxuria intemperans et impatiens. Libro 2, de *Ira*, cap. 26.
97. Parum est luxurie, quod naturæ satis est. de *Beata vita*, cap. 13.
98. Vacatio longa, somnuciosum inertisque causa est luxurie. Libro 3. *Quest.*, cap. 18.
99. Luxuria videtur aliquando cessisse, seu frugalitatem professos sollicitat, atque in media parcimonia, voluptates non damnatas, sed relictas petit: et quidem eo vehementius, quo occultius. *Epist.* 56.
100. Luxurioso frugalitas pena est. *Epist.* 71.
101. Nihil est istis, quandiu mersa et involuta ceno suo jacent foedius, nihil obscurius, nihil informius. *Epist.* 94.
102. Faciliorem virtutis ad luxuriam, quam luxurie ad virtutem transitum esse videtur. Libro 2. *Dictor. memorabil.*, cap. 1.
103. Blandum malum est luxuria, quam accensare aliquando facilius est, quam vitare. *Ibid.*, libro 9, cap. 4.
104. Quid luxuria et deliciis foedius, quid etiam

- damnosus? quibus virtus atteritur, victoriæ languescunt, sopita gloria in infamiam convertitur, animique pariter et corporis vires expugnantur. *Ibid.*
- Vide etiam, tit. *Avaritiæ*, sent. 111; *Caro*, sent. 10; *Chorea*, sent. 26; *Cibus*, sent. 33, 34, 64, 87, 120, 121, 146, 148; *Delectatio*, sent. 21; *Disciplina*, sent. 60; *Ebrietas*, sent. 29; *Familiaritas*, sent. 112; *Gula*, sent. 8, 27; *Jejunium*, sent. 73; *Libido*, sent. 33; *Mulier*, sent. 35; *Resurrectio a peccato*, sent. 152; *Superbia*, sent. 162, 163; *Vinum*, sent. 35, 45, 70; *Vita humana*, sent. 53.

FINIS TOMI SECUNDE

CAPILLA ALFONSINA  
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta  
antes de la última fecha abajo indi-  
cada.


BV4611

R6

v. 2

1875

44643

AUTOR

ROBERTO, A.V.P.

